Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



37

prest z dixit eis Ecce quem quis. Respondit ei Jesum nazarenum Dicit eis Jesus Ego
sum Stabat autem z iudas qui tradebat eum cum ipsis Ut ergo dixit eis Jesus Ego sum abierunt
retrorsum z ceciderunt in terram Iterum ergo interrogauit eos Cuius quis. Illi autem dixerunt
Jesum nazarenum Respondit Jesus Dixi vobis quia ego sum Si ergo me quis. sinite hos
abire Ut impleret sermo quem dixit quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam
Simon ergo petrus habens gladium educit eum z percussit pontifices seruum z abscidit eius
auricula dexteram Erat autem seruo nomen malchus Dixit ergo Jesus petro Mitte gla
dium in vaginam Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum. Chorus ergo z tribunus
z ministri iudeorum comprehenderunt Jesum z ligauerunt eum z adduxerunt eum ad
annam primum Erat autem socer caiphe qui erat pontifex anni illius Erat autem
caiphas qui consilium dederat iudeis quia expedit vnum hominem mori pro
populo Sequebatur autem Jesum simon petrus z alius discipulus Discipulus autem ille erat notus pon
tifici z introiuit cum Jesu in atrium pontifices Petrus autem stabat ad hostium foris
Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici z dixit hostiarie z introduxit
petrum Dicit ergo petro ancilla hostiaria Nunquid z tu ex discipulis es homi
nis istius. Dicit ille Non sum Stabant autem serui z ministri ad prunas quia frigus
erat z calefaciebant Erat autem cum eis z petrus stans z calefaciens se Pon
tifex ergo interrogauit de discipulis suis z de doctrina eius Respondit ei Jesus Ego palam
locutus sum mundo ego semper docui in synagoga z in templo quo omnes iudei conueniunt
z in occulto locutus sum nichil Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt
quid locutus sim ipsis Ecce hi sciunt quid dixerim ego Hec cum dixisset vnus
assistens ministrorum dedit alapam Jesu dicens Sic respondes pontifici? Respondit ei
Jesus Si male locutus sum testimonium phibe de malo si autem bene quid me cedis?
Et misit eum annas ad caiphas pontificem Erat simon petrus stans z calefaciens
se Dixerunt ergo ei Nunquid z tu ex discipulis eius es? Negauit ille z dixit Non sum Dicit
vnus ex seruis pontificis cognatus eius cui abscidit petrus auriculam Nonne ego vidi te in
horto cum illo Iterum ergo negauit petrus z statim gallus cantauit Adducunt Jesum
ad caiphan in pretorium Erat autem mane z ipsi non introierunt in pretorium ut non contamina
rentur sed manducarent pascha Exiuit ergo pilatus ad eos foras z dixit Quam
accusationem affertis aduersus hominem hunc? Respondent z dixerunt ei Si non esset
hic malefactor non tibi tradidissemus eum Dixit ergo eis pilatus Accipite eum vos
z secundum legem vestram iudicate eum Dixerunt ergo ei iudei Nobis non licet interficere